

quidē uere dixit īperatores eos esse: non aut paulū qui fidē uestram requi-
runt. Aut repudianda igitur uobis eorum supplicatio: haud admittenda.
Cogitate etiā atq; animis uestris quid si negatis expectandum sit: Nō tā
a Luitprando ereptam querētur Rauēnam q̄ a uobis. Vestra erit noxa: re-
icietur in uos culpa omnis. Quis est enim sperandus in amore fructus: si
non amicum amor allicit ad facilia eademq; cōmoda? Q uantū uero illud
est qui Rauēnam si non recipiunt: cedat imperiū langobardis necesse ē:
de omni italiā possessione? Ea est enim unica fere Hexarchi sedes: ea oīum
imperiū militum quasi castra. Ibi aerariū publicum. Rauēnam deniq; si su-
stuleris imperio cum Hexarchatu: Q uid illi ditionis in italia remanebit?
Calaber scilicet & Brutius & Apulus: & Samnis nescio quis. Vultis igitur
eiicere ex italia imperiū ut p̄ eo lāgobardi seruitutē adeatis? Permittite Ra-
uennam langobardis. Contemnite hexarchi preces. Ne cito permutatio-
nis p̄cēnītebit. Maiores nostri hoc consilio atq; mente in hāc se stagna cō-
tulerunt: ut libertatem prācipue conseruarent. Vanum profecto & mul-
tis obiectum periculis consilium: nisi una quoq; constituissent quibus se
principibus tuendos defendendosq; permitterent. Duos potissimum &
uiderunt & delegerunt pontificem & imperatorem. Illis adhaerere: illos se
qui uoluere. Placuit in eorum auctoritate armisq; omnem spem salutis li-
bertatisq; ponere. Aut igitur mutandum uobis consilium est: & langobar-
da sequenda signa: aut in imperatorio scedere perseverandum. Q uicquid
auctē sunt Venetiā uel dignitate: uel opibus: uel potentia: totum ab his
p̄cipatibus est collatum. Nulla mihi credite satis firma amicitia ē: Q uē
accipiendis solum beneficiis studeat nunq̄ referendis. Cur igitur dubita-
mus & fidem seruare & uestram libertatem uestra uirtute redimere? Peri-
cula nō preuidere: nec anteq̄ ingruāt propellere: sed expectare: Mulierū cō-
silia sunt non uirorum. Mea sententia est: ut hexarcho respondeatur: mo-
lestam nobis extitisse hanc luitprandi iniuriā. Semp̄ imperatorum maie-
statem & pontifices romanos omni honore & reuerentia prosecutos: para-
tos esse opes uires uitam deniq; exponere ad eum in sedem restituendum.
Tum de rōne recipiendē urbis cū Hexarcho agatur. Ipse forū Cornelii p̄fi-
ciscatur quasi repudiatu a Venetis atq; inde excitis undiq; īperii copiis ma-
chinisq; comparatis: aggrediatur urbē terra: uos nauibus & mari. Deus uo-
ta secundet uestra. Venit ī ducis sententiā oē conciliū. Versus paucis diebus
in instruenda classe cōsumptis: ea fuit nauīū octoginta oīs generis .xx. ma-
ioribus & altioribus capitibus longarū etiā totidē: post meridiem soluit:
leni Boreę spiritū: & molli remigio tempus expectans simulata in orientē
p̄fectione: Quasi latuū opem imperatori aduersus sarracenos: Ante lu-
cem ut erat cū Hexarcho compositum: haud p̄cul ab urbe aliquantis per-